



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118529**

§. 118. Examen Articulorum de Confirmationis Sacramento.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](#)

**Sæcul. XVI.** cimus sextus ferme in quarto compre-  
**A.C. 1547.** henderetur, hinc eadem damnatione  
 fuit notatus, eoquod ex Sacra-  
 torum albo Pœnitentiam expungere  
 moliretur. Denique decimus septimus  
 adversabatur proprio Baptismi minis-  
 trio, cum in prima illius administra-  
 tione Cathecumenus admoneatur, ut  
 mandata Dei servare teneatur, si vi-  
 tam æternam ingredi velit.

### §. CXVIII.

#### *Examen articulorum de Confirmatio- nis Sacramento.*

**Pall. ib. l. 9.  
c. 7. n. 10.** Discutiebantur pariter quatuor illi ar-  
 ticuli de Sacramento Confirmationis, ac quidem primi tres commu-  
 ni omnium consensu damnabantur, eo-  
 quod horum primus eam esse Sacra-  
 mentum negaret, alter vero nullam  
 gratiæ promissionem continere affere-  
 ret, ac tertius denique, quo diceba-  
 tur, Confirmationem olim *nil aliud  
 fuisse quam Catechesin*, in qua adolescen-  
 tiæ proximi fidei suæ rationem reddebat,  
 cum risu excipiebatur, pluraque alle-  
 gabantur Conciliorum ac veterum Scri-  
 ptorum testimonia, in quibus frequens  
 Chrismatis, & Unctionis mentio fie-  
 bat,

bat, quæ tamen actiones ad puerorum <sup>Sæcul XVI.</sup>  
instructionem, vel examen fidei refer- <sup>A.C. 1547.</sup>  
ri non possunt, & si forte, inquiebant  
Patres, ejusmodi consuetudo in Ec-  
clesia viguit, nunquam tamen ad hu-  
jus Sacramenti *essentiam* pertinuit. Hac <sup>Luth. lib. de</sup>  
<sup>capt. Babyl.</sup> ratione damnabatur opinio Lutheri, qui  
Ecclesiam, quod manuum impositio-  
nem velut Sacramentum agnoscat, re-  
darguit, dicitque, hoc pacto panem  
quoque inter Sacraenta numeran-  
dum: cum sacræ Paginæ testentur, quod  
fortificet: Nos autem, jactitat Luthe-  
rus, Sacraenta depromimus ex insti-  
tutione divina, quæ Confirmationi de-  
bet, ut ea proin nil aliud sit, quam ritus  
Ecclesiasticus, ac cæremonia Sacra-  
mentalnis haud absimilis aquæ, alia-  
rumque rerum benedictioni. Porro Cal-  
vinus tradebat, olim priscam in Ec- <sup>Calvin. l. 4.</sup>  
clesia inoleuisse consuetudinem, vi cu- <sup>Inst. l. 19.</sup>  
jus Episcopo sistebantur adulti eo fine, <sup>§. 4.</sup>  
ut ea, quæ in Baptismo per alios pol-  
licebantur, jam per se ipsos rata ha-  
berent, ac promitterent jam ætatis  
maturitatem assecuti: postea vero in-  
quit Calvinus, examinabantur circa  
Catechismi doctrinam, ut vero hic ri-  
tus magis venerandus esset, simul ma-  
nuum impositio adjiciebatur. Ve-  
rum propter hæreticas hasce opinio-

nes

Q 2

Sæcul. XVI nes tertius articulus a Patribus fuit  
A. C. 1547. damnatus.

Circa quartum articulum, qui de  
hujus Sacramenti Ministro agit, quæ-  
dam exorta est contentio; affirmabant  
enim nonnulli, quod soli Episcopo hoc  
Sacramentum conferre competit, ac  
proin Confirmatio a Sacerdote collata  
haud valeat, prout censuit Adrianus  
VI. Inde enata est difficultas, cum  
S. Gregorius Papa ad Januarium per-  
scripsisset, quod ad se delatum fuerit,  
quosdam offenditionem esse passos, eo-  
quod simplicibus Sacerdotibus vetu-  
set, ne baptizatis hoc sacramentum admi-  
nistarent, id vero se fecisse ajebat pro ve-  
teris Ecclesiæ more: nihilominus si  
nonnulli id ægre ferrent, Sacerdotibus  
tribueret facultatem Baptizatos in fron-  
te deliniendi in iis Regionibus, ubi E-  
piscopi absunt. Verum Franciscani D.  
Bonaventuræ solum Episcopum hujus  
Sacramenti Ministrum adstruentis opi-  
nioni insistentes affirmabant, quod Pa-  
pa non nisi pro unica vice, ac invitus  
quidem singularem hanc facultatem de-  
disset, unice ex eo, ut populi offenditionem  
declinaret, seu forte illud ex eo factum  
dicebant, quod hæc unctio a Pontifice  
permissa, non fuerit Confirmationis Sa-  
cramentum.

Præterea

Præterea circa ipsum testimonium <sup>Sæcul. XVI.</sup>  
 ex S. Gregorio I. allegatum, haud sa- <sup>A.C. 1547.</sup>  
 tis certo constat, quod sanctus iste  
 Pontifex in assignato loco de Confir-  
 mationis Unctione loqui intenderit,  
 sed potius forte de quodam rito mere  
 Ecclesiastico, in quo Sardiæ Presby-  
 teri eandem in fronte faciebant Un-  
 ctionem, quam ceteri Romanæ Eccle-  
 siæ Sacerdotes in pectore facere con-  
 sueverant. Hæc quoque conjectura  
 ex eo fulcitur, quod D. Gregorius cun-  
 ctas hasce unctiones antehac ab iisdem  
 Sacerdotibus factas, nequaquam irri-  
 tas declaraverit, minus vero illos, qui  
 hanc unctionem receperant, de susci-  
 pienda Confirmatione admonuerit. In-  
 super ad comprobandum prohibitionis  
 factæ justitiam duntaxat Ecclesiæ Ro-  
 manæ usum allegavit, nec ullam  
 de Christi Domini institutione, nec  
 de omnium Ecclesiarum confuetudine  
 mentionem fecit.

Ceterum prolixior hæc disceptatio  
 tantum effecit, ut Canoni hæc verba *Or-  
 dinarius hujus Sacramenti Minister* infe-  
 rerentur; non deerant enim, qui hujus  
 articuli nullam omnino mentionem sie-  
 ri postulabant, ob auctoritatem Con-  
 cilii Florentini definientis, quod Ro-

Sæcul. XVI mani Pontifices id meris Sacerdoti-  
A. C. 1547. bus ob graves cauſtas indulgere va-  
leant, dummodo Chrisma ab Episco-  
po sacramentum adhibeant (\*).

(\*) Hanc in rem satis utiliter consuli po-  
test Pallavicinus I. c. 1. 7. c. 7. num. II. ubi  
Pauli Sarpi ineptias confutat.



HISTO-